

# Decisionum Aurearum Lib. I.

- missus non est de reservatis episcopo.  
 73 Prälatus suis subdiis variis ex causis  
 bis, aut ter in anno debet de aliis confes-  
 soribus prosidere.  
 74 Pœnitens, qui obtenta autoritate à supe-  
 riore, si fidei confessus est, tenebitur ne  
 iterum autoritatem petere.  
 75 Prälati facultas extenditur ne ad pecca-  
 ta committenda.  
 76 Absolutionis sub modo à reservatis an dari  
 possit.  
 77 Prälatus ratione duce casus reservare de-  
 bet.  
 78 Absoluere quibus causis potest sacerdos à  
 reservatis.  
 79 Remota loca quæ dicantur, & num. 81. &  
 quid sit esse in remotis.  
 80 Dispensationes, quæ sunt per episcopos ea  
 ratione, quia Papa est in remotis, quæ.  
 81 Articulus mortis quando dicatur.  
 82 Damnatus ad mortem nec Eucharistia,  
 neque extrema unctione datur.  
 84 Periculum mortis ab articulo, quomodo  
 differat.  
 85 Constitutus in periculo quare privilegium  
 non gaudiebat, quibus constitutus in ar-  
 ticulo.  
 86 Sacerdos quicunque nisi sit hereticus, vel  
 schismatis in articulo mortis absolu-  
 uit, & quare amplius, ut num. seq.  
 87 Religiosi quas confessiones inuitio prälato  
 ex facilitate episcopi valeant audire, &  
 num. seq.  
 89 Laicus num confessionem, & absolu-  
 nem impendere possit.  
 90 Absolutus in mortis articulo à reservatis,  
 an vbi connalnit, debeat adire superia-  
 rem.  
 91 Impedimentum iustum quod dicatur.  
 92 Impeditus ire Romanam, & absolvitur à sim-  
 pli sacerdote, an cessante impedimen-  
 to Romanam ire teneatur. num. seq.  
 94 Presumperit verbum, scientiam demon-  
 strat.  
 95 Absolutionis ab ignorantia facta, an valeat.  
 96 In excommunicationem incidens ob abs-  
 lutionem à quo absoluatur.  
 97 Potestas quo ad usum quæ sit.

## De potestate Confessarij. Cap. XIII.

**D**icitur. Einceps agendum nobis est de  
 potestate Confessarii, cum sit  
 illi maximè necessaria. Pro cu-  
 iusque intelligentia sc̄edum est  
 primo, quod duplex est potestas ordinis  
 sacerdotalis, scilicet potestas cōsecre-  
 tio-  
 nis, quæ quilibet sacerdos rite ordinatus  
 potest corpus, & sanguinem Domini  
 nostri Iesu Christi conficeret; quam po-  
 testatem cōculit Dominus in ultima ce-  
 na, cum dixit, Luc. 22. Hoc facite in  
 meam commemorationem. Altera po-  
 testas administrationis sacramentorum,  
 quæ est potestas spiritualis iurisdictionis  
 in foro pœnitentia, dicitur quæ potestas  
 clauij, quibus sacerdotes possunt ape-  
 rire dignis cœlum, & indignis claudere.  
 Et haec fuit collata in die Dominicæ Re-  
 surrectionis Apostolis: dum eis appa-  
 rens in conclavi, insufflavit, & dixit:  
 Accipite Spiritum sanctum, quorum re-  
 misit peccata, remissa sunt &c. Hę  
 duęque potestates consecrationis, & clau-  
 ij dicuntur ordinis Sacerdotalis, ne-  
 que eadem sunt, neque simul tempore  
 collatae Apostolis. quarum una respicit  
 consecrationem Corporis Christi ueri,  
 altera corpus Christi mysticum, quia ha-  
 bens eam, potest soluere, & ligare pecca-  
 torem. Prima collata est Apostolis in ce-  
 na ante Christi passionem, altera post  
 passionem. Primam confert Episcopus  
 ordinando, cum tradens ei calicem cum  
 uino, & aqua, pane supraposito dicit:  
 Accipite potestatem offerendi, & confi-  
 ciendi pro uiuis, & mortuis. Secundam  
 uero tradit aliquibus interpositis, ponēs  
 manum super caput eius, & dicens: Ac-  
 cipite Spiritum sanctum, quorum remi-  
 sceritis peccata, &c. Et de hac secunda lo-  
 qui intendimus. Hęcque ergo dicitur po-  
 testas clauij per metaphoram, nam si-  
 cut illud, quo aufertur obstaculum in-  
 tritus in domum, dicitur esse clavis in  
 temporalibus, sic in spiritualibus potestas,  
 qua